

\* P \* V \* I \* S \*

\* 1 \* 6 \* 2 4 \*

- I. Exequies Teologorum Augusto Principi Anhaltino Nuptias celebranti consecratum a M. Jacobo Womempiero.
- II. Causarum conjectio, quibus modis statutus Regis Bohemiae ad Novi Regis Electionem prouocauit.
- III. Secretissima Instructio Frederico V. Electori Palatinus data.
- IV. Exhortatio ad Christianum Danie Regem Jan. Angelii.
- V. Soteria Academie Wittembergensis Johanni Georgio Electori Sax. Holste.
- VI. Idea Principis Boni ien. Crato de vita et obitu Johannis Georgii Principis Anhaltini M. Meier Frederici Wendelinii.
- VII. Panegyricus Parentalis Rudolpho Principi Anhaltino dictus ab Edem.
- VIII. De vita et obitu Johannis Georgii Principis Anhaltini D. Cyriaci Heroldiani.
- IX. Narratio Ubiq[ue] de Johanni Georgii Principis Anhaltini vita et obitu.
- X. Haledonia Trenckw. Francofurtanae D. Cyriaci Heroldiani.
- XI. Capitulare Monachorum Eregeret Christianum de vita et morte Georgii.
- XII. De Industria et Studio Laboris M. Samuelis Decomi.
- XIII. De Aetate Salubritate et Studiorum Commoditate in valle Fraciniensi.
- XIV. De Cruxione, utrum Literatione Cultorib. p[ro]pt[er] peregrinatio?
- XV. De Origine et Incrementis Cottonicis M. Benedicti Ambrosii.
- XVI. De vita et morte Fracini Starbazi Wilhelmi Starbazi.
- XVII. Festa Funerariae Johannis Eucharii ingenio imere sublati.
- XVIII. Programma Publicum Academie Francofurtanae.
- XIX. Invitatio Publica ad Doctoratum D. Cyriaci Heroldiani.
- XX. De Ratione statut et Prudentia Regnativa Martinii Altagui.
- XXI. De spiritibus Familiaribus.
- XXII. Solemne Funebris Octavianij de sorbischen.
- XXIII. Exequie Solemnes Johannis Christopri Heroldiani.



34. 33

# ΑΠΑΡΙΘΜΗΣΙΣ

LECTIONUM,  
DISPUTATIONUM,  
DECLAMATIONUM,  
publicarum  
quibus

## Electoralis Gymnasij,

quod est in valle Joachimica  
juventus  
erudiebatur.

ANNI cl̄o Io CXVI. &  
cl̄o Io CXVII.  
tetartomorio.

Cassiodorus Variar.

lib. 10. 3.

Eruditio literarum naturam laudabilem  
eximiè reddit ornatam:nec aliqua in  
mundo potest esse fortuna, quam lite  
rarum non auget gloriofa notitia.

---

*Literis propagabat*  
FRIDERICVS HARTMANNVS BIBLIOPOLA  
in Academia Marchica.



ZIZCHAG KARIN

MAGITOS  
MAGITOS

AMBIENTATRIBU  
AMBIENTATRIBU

# LECTIONES

primæ Classis.

## JN THEOLOGICIS.

**A**ctenus absoluit Epistola-  
lam D. Pauli ad Ephesios,  
brevem quidem verbis,  
sed rebus adeò prægnan-  
tem , ut summam prope-  
modum totius prædicati-  
onis Evangelicæ , Cygneam in vinculis  
cantonem,& paternum Testamentum.  
complectatur , & divisit cum Theodore-  
to in duas partes,in doctrinam divinæ  
prædicationis & moralem adhortatio-  
nem. Postea plenis velis remisque prope-  
rabit ad Compendium D. Pelargi auctum  
& recognitum, *Pastor.*

## JN LOGICIS.

A 2 Ex-

**E**xpeditis illis, quæ de Syllogismo re-stabant Analytico, ad apparentem materiam & Elenchos sophisticos transiit: Autoris præcepta cum fontibus Aristotelicis contulit: doctrinam de Methodo addidit, & omnia usu exemplorū illustravit. Redauspicabitur doctrinam Logicam & pro captu dissentium Metaphysica quæ in primâ parte Logices plurima occurrunt ad suam disciplinam reducit, ibique breviter explicabit: *Rector.*

### JN RHETORICIS.

**S**chematologiā absoluit: doctrinam de Compositione, Charaktere, Perio-do, numero & affectionibus Char-a-teris ex Aristotele, Demetrio Phaleræo, Hermogene, Cicerone, Quintiliano pro posuit. Perget ad pronunciationem, & ad Rhetorices initia revertetur. *Rector.*

### JN PHYSICIS.

In



**I**N Physiologiæ parte propriâ, Cœli & Elementorum naturam, corporum mixtorum affectiones & ~~huius~~ speciem, nempè imperfectè mixta contemplatus est, ac in Meteorologia substituit, quā cum reliquis speciebus connectens strenue juxta Methodum Aristotelicam est progressurus. *Corrector.*

*horum*

### JN ETHICIS.

**E**thicorum sextum & septimum libros proposuit & explicavit: reliqua illis subjunget. *Rector.*

### JN MATHEMATICIS.

**C**vni primi ordinis auditoribus, absolutis ijs, quæ de Arithmetices prelectionibus restabant, eam partem Astronomiæ, quæ Spheræ circulos habet pertractatæ, perrecturus ad secunda mobilia. In quibus omnibus vestigia veteris Græciæ, in primis Cleomedis, Ge-

A 3 mi-

mini & Procli Diadochi premit. Præter  
hæc in Opticis Visibilium affectiones  
communes & Visionis species absolvit:  
Substituit in segregatione veri à falso in-  
visione simplici distincta, quibus de inde  
subjungenda erunt Mesoptica & Catop-  
trica. Cum ijs qui privatim ejus operâ u-  
tuntur ad finem perduxit Trigonome-  
triā Sphæricam, quibus exercitij gratiâ  
subjunxit Problemata Sphærica, quæ us-  
piam apud Authores Astronomicos Pto-  
lemæum præsertim, Copernicum, Ty-  
chonem, Keplerum, &c, habentur. Ea-  
dem Trigonometria exemplis etiam Ge-  
ographicis, Gnomonicis, Alti- & Planis-  
metricis illustrata. Cum alijs qui altiora  
ista nondum assequuntur exercitia Arith-  
metica, Geometrica, Astrologica pro cu-  
jusq; captu instituit. *Mathematicus.*

JN ORATIONE LIGATA  
Latina.,

Pœnu-



**P**œnulum Plauti luculentam expli-  
cavit, quam cum ἐπωδαῖος publicam ex-  
hibebit, illiq; aliam comitem dabit.

*Rector.*

Vergilij quintum divini operis, in quo  
varia certaminum genera exhibentur, e-  
narravit, & ostensis Poëmatis virtutibus  
cum Homericis αἰγαλίαι & πογμαχίαι in Il.  
¶ magna parte expressis contendit, cen-  
suram Scaligerianā ubiq; adhibuit, dein-  
ceps Odas Horatianas jucundâ quadam  
permutatione interpretaturus. *Correct.*

### **JN GRÆCA LINGUA.**

**D**emosthenis auream pro aureâ co-  
ronâ Orationem auspicatus est,  
Exordium cum parte Refutatio-  
nis resolvit, usum Rhetorices & Græcæ  
linguæ cum frequenti imitatione con-  
junxit: in eadem perget. *Rector.*

### **JN LINGUA GRÆCA**

eâq; ligatâ.



**I**N Homeri libro Iliados & ubi belli ac  
Icædis Græcorum & Trojanorum ini-  
tia spectantur, adhuc moratur, quæ ad  
Græcæ linguæ notitiam, accentuum &  
metri rationem, ad fraudem militarem  
in persidia Pandari & prudentiam in acie  
bellica ab Agamemnone instructa, intel-  
ligendam facere visa sunt addidit, ipsam  
prugnam subjecturus. *Corrector.*

**I**N HEBRAICA LINGUA.  
**I**N Grammatices parte Etymologia ver-  
satur, verborum defectivorum & quie-  
scentium ordines tradidit, quibus do-  
ctrinam nominum breviter adjecit, præ-  
cepta Psalmorum Pœnitentialium 38, 51,  
vaticiniorum, de Nativitate Christi ex  
Esa. 9. c. de Resurrectione ex Ps. 16. perspi-  
cuâ ἀναλύσει, notiora & firmiora fecit, Syn-  
taxin & alia exercitia propositurus. *Cor-  
rector.*

SECUN-



# SECUNDA

Classis.

## JN THEOLOGICIS.

**P**RÆCognita & partem priorem, quæ  
DEUM ratione Essentiæ & volunta-  
tis considerandum exhibet, explica-  
vit, Partis posterioris membrum primū,  
quod continet opera Providentiæ in  
creatione Universi, Angelorum & præ-  
cipue Hominibus, quâ Imaginis divinæ par-  
ticipes est, conspicua eâdem declarandi  
viâ persequutus est, & in eo fuit, ut discen-  
tes memorię committerent. *Subrector.*

## JN DIALECTICIS.

**I**N Systemate Logico Keckernanni se-  
ctionem priorem partis primæ de Ter-  
minis simplicibus intellectui facilem.  
ad concipiendum, memorię ad compre-

B                    hen-

hendendum reddidit, præcepta de Terminis ortis, de propositione, pari industriâ explicaturus. *Corrector.*

### JN RHETORICIS.

P Ræcepta inventionis & dispositio-  
nis, præcipuumque Elocutionis par-  
tem, luce Virgilij & Ciceronis illu-  
stravit, intelligentiam discentium exci-  
tavit, & ad similem conatum ingenia,  
quà licuit, aptavit. *Subrector.*

### JN SPHÆRICIS.

C Um secundæ classis discipulis A-  
rithmetica ferèbis absoluta. Procli  
Lycij libellus de Sphæra inchoatus  
quidem, sed ex ijs nuda tantum hactenus  
circulorum nomina inculcata. *Math.*

### JN MUSICIS.

P Ræcepta Gesij discentibus instilla-  
vit, eademque quomodo ad usum  
transferentur gnaviter delineavit.

*Cantor.*

## JN GRAMMATICIS.

GRÆCÆ & LATINÆ Grammatices præcepta in Plutarcho, Virgilio & Cicerone, frequentis usus exercitatione confirmavit, & ad eadem, pari usu exprimenda, discentes animavit. *Subrect.*

## JN LINGUA SOLUTA

Latina.

IN Oratione pro S. Roscio Amerino Narrationis & Confirmationis extrema confecit, virtutes, quas ipse Cicero Narrationi attribuit, huic in solidum congruere, demonstravit; In Confirmatione, Statuum & præsertim Conjecturalis ideam manifesto se exercere, ostendit, atq; adeò imitationis argumentum in exercitijs, semper discentibus suppeditavit. *Subrector.*

Decem, quæ restabant Epistolæ in undecimo libro ad Familiares continuavit,

B 2 &

& usq; ad decimam tertiam libri duodecimi pervenit. In quarum enodatione id unice pensi habuit, ut latinæ linguæ elegantiam dissentibus inculcarit, & Logicæ & Rheticæ usum fideliter monstrarit. In reliquis eadem perget industria  
*Cantor.*

## JN ORATIONE LIGATA.

IN Æneidis quarto Peregrinationem in Italiā, quam Hospitium Heleni affectibus Humanitatis & studijs liberalitatis admodum celebre, antegressum est, ad exitum perduxit; inventionum acumen, verborum dispositorum accuratatem dilucide interpretatus est, & imitationis viam multis exemplis & exercitijs præivit. *Subrector.*

In lectione Terentianâ primos duos actus Adelphorum Grammaticis analysibus, expositionibus & recitationibus expedivit. *Mathematicus.*

IN



JN LINGUA GRÆCA.

C<sup>uram</sup> juvenilis Ætatis, in adfectu-  
um fervore restinguendo, & ab eâ-  
dem consortium malorum homi-  
num pr̄sertim autem Adulatorum, pro-  
hibendo occupatam Grammaticâ & Rhe-  
toricâ analysi expedivit. *Subrector.*

T E R T I A  
Classis.

JN THEOLOGICIS.

S<sup>ymboli</sup> Apostolici, Nicæni, Chalce-  
donensis, & Athanasiani explicatio-  
nem instituit, & memoriae ut insige-  
rentur, procuravit. *Cantor.*

In compendio Rever. & Clarissimi viri  
Dni. D. Pelargi, usque ad locum de Magi-  
stratu contendit. Residuum pari dexter-  
itate subjunget *Cantor.*

B 3 IN

JN GRAMMATICIS.

G Rammaticam Philippi absolvit,  
Syntaxin incepturus est. *Organicen*.

JN LINGUA LATINA,

eaq; soluta.

L Ælium Ciceronis finijt ; auspicatus  
rus divina annuente gratia Catonem Majorem *Cantor*.

In Ciceronis Epistolarum libro septimo, exponendo, Grammatices & Syntaxeos præcepta repetendo, & stylı Ciceroniani imitationem discipulis demonstrando, jam versatur: quo absoluto, ad ostavi libri explicationem suscipiendam est accessurus. *Diagonus*.

Civilitatem morum Erasini absolvit,  
Catonis versus morales inchoaturus est.  
*Organicen*.

Syn-

Syntaxin & Prosodiam bis absolvit;  
accessum facturus ad Etymologiam.

Cantor.

### JN LIGATA.

P Rimam & secundam Eclogam expo-  
nendo, repetendo, & memoriæ in-  
stillando absolvit, tertiam inchoa-  
vit, in sequentibus perrecturus est. *Or-  
ganicen.*

In Andria Terentij sex scenas priores  
explicando & repetendo absolvit, easque  
discentes memoriæ ut mandarent, con-  
tendit. *Subrector.*

### JN GRÆCA LINGUA.

N Grammatica Græca Crusij commo-  
ratur adhuc in verbis circumflexis; qui  
bus si finem imposuerit, Nominum  
flexiones crebro instituet, & forma-  
nes temporum varijs exemplis adumbra-  
bit. *Cantor.*

Evans

Evangelia græca exponendo, usumq;  
Grammatices quo ad declinationes sim-  
plices & contractas, diligenter inculcan-  
das, ostendendo conjungit. *Diaconus.*

### JN ARITHMETICIS.

IN Arithmeticis ab Additione usq; ad  
Regulam Detri pervenit. *Organicen.*

### JN MUSICIS.

IN Musicis omnia illa præcepta quæ  
incipienti necessaria proposuit, me-  
moriæ instillavit & usum illorum dili-  
genter monstravit. *Organicen.*



DISPU-

# DISPUTATIONES

sequentes habitæ sunt.

ANNO 1616.

&

1617.

## DISPUTATIONES

Theologicæ.

1. *Disputatio. De Justificatione.*

*Præside Dno. Pastore.*

*Respondente Petro Crugero Brandeb.*

*16. Novemb.*

2. *Disputatio. De bonis operibus.*

*Præside Dno. Pastore.*

*Respondente Thoma Benckendorfio.*

*7. Decemb.*

3. *Disp. De Justitiæ Christi imputatione.*

*Præside Pastore.*

*Respondente Joachimo Breslovio*

*Soltquel. 18. Ian.*

4. *Disputatio De peccato originali.*

*Præside Dno. Pastore.*

C

Respon-

Respondente Casimiro Mullero Spand,  
15. Febr.

5. Disputatio De Ecclesia.  
Præside Pastore.

Respondente Antonio à Borck Borusso  
15. Martii.

## DISPUTATIONES Logicæ.

1. Disput. De Demonstratione in genere.  
Præside Dno. Rectore.  
Respondente Georgio Barthio Brand.  
26. Octob.

2. Disputat. De terminis simplicibus.  
Præside Dno. Rectore.

Respondente Esaia Pellione. 14. Decemb.

3. Disp. De subiecto & Accidente.  
Præside Rectore.

Respondente Johanne Reinicke Bran-  
denb. 4. Ian.

4. Disput. De Toto & Parte.  
Præside Dno. Rectore.

Re-

Respondente Georgio Gezeo Palatino.

8. Febr.

5. Disp. De Fallaciis.

Præside Rectore.

Respondente Elia Riprecht Berolinensi

8. Martii.

6. Disp. De Methodo.

Præside Dno. Rectore.

Respondente Friderico Bruncovio Ha-

velberg. 5. Aprilis.

## DISPV TATIONES

Physicæ.

1. Disp. De Naturâ.

Præside Dno. Correctore.

Respondente Bartholomeo Fabritio.

2. Novemb.

2. Disp. De Motu in genere.

Præside Correctore.

Respon. Jacobo Krumkruger Angrim.

23. Novemb.

C 2

3. Disp.

3. Disp. De speciebus motus.

Præside Correctore.

Respond. Joachimo Magiro Angrim.

21. Decemb.

4. Disputat. De Finito, Infinito, Loco & Tempore.

Præside Dno. Correctore.

Respond. Johanne Mullero Drostenensi,

25. Ian.

5. Disp. De Vacuo & tempore.

Præside Dno. Correctore.

Resp. Casparo Prätorio Putlitz. 22. Febr.

6. Disp. De Mundo.

Præside Correctore.

Resp. Achatio à Borck Borusso. 22.

Martii.

## DISPUTATIONES

Ethicæ.

1. Disp. De Partibus virtutis.

Præside Dno. Subrectore.

Resp. Johanne Gleubcero. 9. Novemb.

2. Disp.



2. Disp. De Actionibus voluntariis.

Praeside Dno. Subrectore.

Resp. David Origano. 30. Novembr.

3. Disp. De Fortitudine & Temperantia.

Praeside Subrectore.

Resp. Johanne Beckmanno Dithmarso

11. Ian.

4. Disp. De Liberalitate & Magnificentia.

Praeside Dno. Subrectore.

Respondente Joachimo Langio Soltq.

1. Februarii.

5. Disp. De Modestia & Magnanimitate.

Praeside Subrectore.

Respondente Bartholomeo Fabritio.

1. Martii.

6. Disputatio De Mansuetudine, Comita-

te, Urbanitate, Veritate & Pudore.

Praeside Dno. Subrectore.

Resp. Adamo Nosslero. 5. Aprill.

# DECLAMATIONES

sequentes habitæ.

ANNO 1616.

die 6. Nov. *Quod Aeneas nunquam consueverit cum didone, oratione probabat Georgius Barthius.*

die 14. Nov. *Hyberno tempore literis potius incumbendum declamabat Iohannes Reineccius.*

die 4. Decemb. *Quartum librum Aeneidos memoriter recitarunt Fridericus Brun covius & Adamus Nosslerus.*

die 11. Dec. *An Astronomia in scholis sit proponenda Joachimus Breslovius inficias ibat. Joachimus Magirus Angrimund. affirmabat,*

die 18. DEC. *De virtute, insigni, Frugalitate declamationem habuit. Ernestus Gu demier Francofurtanus Marchicus.*

Die 30. Dec. *De Natalitiis Christicarminice orationem habuit Bartholomeus Fabritius.*



ANNO 1617.

Die 7. Jan. *De Novo & Anno orationem*  
habuit *Fridericus Bruncovius. carmen*  
*Adamus Noslerus.*

Die 8. Jan. *Convivia à Christianis non*  
*posse celebrari asserebat Georgius Gezeus*  
*Palatinus. quod possent celebrari defende-*  
*bat Ioachimus Langius. Soltquel.*

Die 5. Jan. *An Iudaorum Synagogas sit fe-*  
*renda. Iohannes Muller. Drosn. negabat.*  
*Casimirus Muller Spand. aſtruebat.*

Die 5. Febr. *Librum primum Aemilii de*  
*Aſtronomiā recitarunt Daniel Rattei &*  
*Henericus Benckendorf.*

Die 12. Febr. *Æſtivo tempore potius lite-*  
*ris esse incunbēdum dicebat Georgius Bar-*  
*thius Brand.*

Die 19. Febr. *Utrum per Electionem, an*  
*vero per successionem Princeps ad Rempubl.*  
*sit admittendus. Prius Antonius à Borck,*  
*Posterius & Achatius à Borck affirmabat.*

Die



Die 26. Febr. *Controversiam ex libr. i. Seneca & octoversiarum in orationem transformatam, an Pater, qui noluit filium à pyramis redimere, filio isto sit alendus. Ioachimus Magirus pro Patre, Esaias Pellio pro filio recitavit.*

Die 5. Mart. *An Ethnicorum scripta sint legenda. negabat Casparus Pratorius Putlitz, affirmabat Elias Riprecht Berol.*

Die 12. Martii. *Elegantem orationē Latinī Pacati memoriter recitarunt Georgius Ernestus à VVedel & Balthasar Schutte*

Die 19. Martii. *De Eclipsi differuit Laurentius Michlizerus.*

Die 26. Martii. *De Exordio miserrimo Carthaginis carminice declamabat Johannes Beckman Dithmarsus.*

F I N I S.





Nh 122

ULB Halle  
002 714 272


3



St


107





B.I.G.

Black



# ΑΠΑΡΙΘΜΗΣΙΣ

LECTIONUM,  
DISPUTATIONUM,  
DECLAMATIONUM,  
publicarum,  
quibus

Electoralis Gymnasij,  
quod est in valle Joachimica  
juventus  
erudiebatur.

ANNI cl̄o Is CXVI. &  
cl̄o Is CXVII.  
retartomorio.

Cassiodorus Variar.

lib. 10. 3.

Eruditio literarum naturam laudabilem  
eximiē reddit ornatam:nec aliqua in  
mundo potest esse fortuna, quani lite  
rarum non auget gloria notitia.

Literis propagabat  
FRIDERICVS HARTMANNVS BIBLIOPOLA  
in Academia Marchica.

